

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Geographia universalis**

**Ptolemaeus, Claudius  
Münster, Sebastian**

**Basileae, 1540**

Karte: Schonlandia XIII nova tabula

**urn:nbn:de:bsz:31-67084**

# SCHONLANDIA XIII NOVA TABVLA

DANIA habet nomen illud à rege quodam Dano vocato, complectens Cimbricam Chersonesum seu Insulam, quae vulgo Dithmarschen vocatur, Fionem, Selandiam, quae alij Selandiam appellant, et multas alias insulas. Anno Christi 1193. subegit rex Danus imperio suo regni Suecorum, et regnum Norvegiae. Civitates insigniores Cimbricae sunt Slepsvic, ubi aliquando fuit ducatus, Ripensfeldes episcopalis, Vibergia, Hærnsia, vulgo Oors, et Hærnsfeld. In Fione, Ottonia vulgo Othons, Mølshus, Særnberg, Schminberg. Habet autem haec insula situm inter Cimbricam et Selandiam.

Selandiae urbes praecipuae.  
 Roskilde, episcopalis, Schlanoff, Hærnsia, quae vulgo Koppenhagen et Kopmannshagen, id est, mercatorum portus vocatur. Ibi est regis sedes et studium universitatis. In Norvegia, Nidarosia, vulgo Dramheim, et est metropolis omnium ecclesiarum Norvegiae, Islandiae et Gronlandiae. Habet et has civitates episcopales Bergen, Staffanger, Arslom et Hennarum. In Suecia, Stockholm regia, Upsala episcopalis, et studio universitatis decorata, Nicopia, vulgo Nicopind, Valhem, vulgo Warheim et Warlem etc. in Gothia, Warburg, Malmogia, portus et emporium, Calmaris urbs magna, et decoreta emporium et portus etc.

